UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Rebus creditus & iureiur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

dum prima, an aliqua noua actione? Reſpond. Imperator, & dicit
conuenitur actione in factum noua que deſcendit ex equitate ibi
1 ſuper verbo, exhibuit, ſcilicet culpa. ¶ Oppo. dicitur hic quod † qui
exhibet rem deterioratam, tenetur actione in factum, contra. ff. ad
l. Aquil. l. qui tabulas. Sol. d. glo. debet ibi intelligi de vtili Aqui-
liana, que concurrit cum actione in factum ſubſidiaria in locum le
gis Aquil. Iſta ſol. non placet. Non enim loquitur hic de actione
in factum ſubſidiaria l. Aquil. quia illa domino datur ſicut actio
legis Aquilie. ſed loquitur hic de generali actione in factum, quia
hic pretēdebat aliud intereſſe, quam dominij, vt ĩ. dicam. ¶ Opp.
ff. depoſiti. l. j. §. ſi res depoſita. & ff. commo. l. iij. §. ſi reddita. vbi vide
tur quod debeat agi prima actione, & non actione in factum. Sol.
Ibi quando ſoluitur res deteriorata ab eo qui tenebatur actione
bone fidei, hic in eo qui tenebatur actione ſtricti iuris. ¶ Contra
hoc oppo. ff. de ſol. l. etiam. & l. Julian. §. fi. ff. de verb. obligationib.
Sol. Hic loquitur quando ſoluitur res deteriorata, ibi quādo ſol-
uitur res perfecta reſpectu rei, licet deficiat aliquod ius, vt puta
cautionis, vel aliud, ideo agitur actione prima. ¶ Contra hoc eſt
oppo. de l. non ſolum. ff. de rei vendi. Sol. Licet ibi agatur actione
ſtricti iuris, tamen ibi petitur quod eſt meū. Igitur agitur actione
prima, hic vero pretendebat aliud intereſſe quam dominij. ¶ Con
a tra hoc oppo. de l. elegaнter. §. non ſolum[a] ff. de do. Sol. Ibi loqui-
tur quando quis exhibet rem deterioratam dolo, hic quando ex-
hibet rem deterioratam culpa, ideo hic non poteſt agi de dolo, ſed
agitur in factum. ¶ Contra hoc opponit. ff. de leg. j. l. huiuſmodi.
§. edes. vbi etiam in ſtricti iuris iudicio agitur actione prima.
3 Solu. Ibi † eſt actio ex teſtamento, que habet inſtar bone fidei, vt
l. in minorum. ĩ. in qui. cau. in integr. reſtitut. non eſt neceſſe. ¶ Vl-
timo opponit de l. qui ſibi aut Titio. §. j. ff. de ſol. Sol. Iſta eſt vera
omiſſis truffis. ibi loquitur in debitore in genere, qui ſoluit rē de-
terioratam. ideo non liberatur, ſed agitur actione prima, hic vero
4 loquitur in debitore ſpeciei. ¶ Iuxta predicta † diſtingue breuiter.
Aut quis ſoluit partem rei perfecte, & pro illa parte liberatur, vt l.
ſi ſtipulatus. §. j. ff. de ſol. Aut ſoluit totam rem perfecte, & in totum
liberatur, quia ſolutione eius quod debetur, &c. Aut ſoluit eam
5 minus perfecte, & tunc † aut fuit defectus extra eandem rem in ali-
quo iure ipſius rei. aut fuit defectus in re ipſa, vt puta, quia ſoluta
deteriorata. Primo caſu agitur actione prima. Secūdo caſu ſub-
diſtingue. Aut eſt actio bone fidei, & agitur actione prima. Aut eſt
actio ſtricti iuris, & tunc aut habet inſtar bonefidei, & idem. Aut
non, & tunc aut peto quod meum eſt, & idem. Aut quod eſt mihi
debitum, & tunc aut erat debitum in genere, & idem aut in ſpecie, &
tunc aut traditur deteriorata dolo, & agitur actione de dolo, vt ff.
de dolo. l. & eleganter. §. nō ſolum. Aut deteriorata culpa, & agitur
in factum. hic eſt caſus hic. Preterea probatur ex ſolutionib. di-
ctorum contrariorum. ¶ Quero, vidiſtis. ĩ. quod licet res non ſit
ſoluta, tamen propter illud quod deficit, adhuc agitur prima actione,
6 qualiter † formabitur libellus. Reſpon. narrabitur totum factum
& in concluſione dicetur, quare peto dictā rem, vt mihi de euictio-
ne caueatur, vel vt mihi intereſſe pro eſtimatione deteriorationis
preſtetur. iſte libellus probatur in d. l. Julia. §. j. ff. de verb. obl. & ibi
de hoc plene dixi. Ratio horum eſt, quia cum cautio, vel deterio-
rationis eſtimatio, in caſibus predictis non veniat iure actionis,
non poteſt per ſe peti principaliter, ſed venit iudicis officio, ideo
principalis actio debet proponi, &c. ¶ Querit gl. in d. l. & elegāter.
b §. non ſolum. Quid ſi aliquis ſoluerit tibi rem deterioratam, [b] & tu
recepiſti, an tu preiudices tibi in eſtimatione deteriorationis? Re-
7 ſpond. dicas ſic. Aut † ille, qui recepit, ignorauit, & ſibi non preiudi-
cat, vt puta, quia vitium erat latens. Ita not. gloſ. in l. hac actione.
circa prin. ff. de tritica. Si vero ſciuit, aut loquitur in caſib. in quib.
eſtimatio deteriorationis venit iure actionis, & ſibi nō preiudicat,
vt l. centum Capue, & l. fi. de eo quod cer. loco. Aut venit officio iu-
dicis, & tunc ſecus, vt dictis legib. & l. iiij. ĩ. depoſi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ §. non ſolū. Et per ea que habentur in d. l. §. non ſolum.
dicit Bal. in l. fi. ĩ. de condi. fur. quod ſi fur rem pignoratitiam ab-
ſtulerit non prodeſt ſibi, quin ſi res poſtea pereat, etiam abſque ſui
culpa, non teneatur niſi dominus rem ſcienter & ſponte recuperet.
b ALEX ¶ Rem deterioratam. Per Bart. in l. qui ſibi. §. j. de ſolu.

LEX VIII.

SI res tuas. Ex pacto alterius appoſito in tra
ditiōe rei mee, queritur mihi actio
vtilis. hoc dicit.

LEX IX.

SI ex quocunque. Debitor qui ſoluit, po
teſt petere inſtrumen-
tum cancellatum ſibi reddi. h. d.

De religioſis & ſumptibus funerum. &c. Rub. XLIII.

LEX VI.

1 ☞ Scripture antique in muris, & lapidibus, que continent ali-
quam diſpoſitionem poſſibilem faciunt fidem.

a MOnumentorum. [a] Scripture, q̄ fiunt in lapide monumē-
menti, non faciunt fidem, ſecundum vnum intellectum.
1 Sed lex noſtra loquitur in caſu certo, † ſed in caſu forte
in certo ſtandum eſt ipſis ſcripturis, non tanquam proprijs, ſed
tanquam inducentib. quoddam notorium. vt de condict. & demon.
l. in teſtamento. la prima. & tangitur per me in l. prima. ff. de alb. ſcri.
2 ¶ Quero, vtrum iſte ſcripture, que reperiuntur † in muris, & in la-
pidibus, faciant fidem? Hic videtur caſus quod non. In contra-
rium videtur caſus in l. j. ff. de alb. ſcri. & per Spec. de prob. §. viden-
dum. verſi. xj. Et iſtud puto verū. ſi ſunt ſcripture antique, que con-
tinent aliquam denunciationem vel diſpoſitionem poſſibilem, ſed
hic iſte inſcriptiones cōtinebant aliquam diſpoſitionem, que non
erat poſſibilis fieri per illa verba, vt dicit glo. illa.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Monumentorum. Adde Bal. hic, & Barto. in l. j. in fi.
princ. de ſec. tab. & gl. ſing. in iij. q. vj. c. pulſatus. in j. gl. vbi ſententia
* valet ſcripta in parietib. * IO. FR. RV. ¶ ADDE. Ang. de Are.
in §. pe. Inſti. de teſt. & Fel. in c. cum cauſam. extra de probatio.

Explicit Lib. III.

BARTOLVS
Ad Quartum Lib. Cod.

De rebus creditis, & iureiurando. Rubr. I.

☞ ¶ Continua vt in gloſ. Dictum eſt ĩ. de actionib. in rem, ſequitur
1 videre de actionibus perſonalibus. verum quia hoc † verbū credere
eſt generale ad omnes perſonales, actiones, ideo premittit de reb.
credi. ¶ Item quia per iuſiurandum aliquis efficitur debitor, vel
creditor, ideo connectitur de iureiu. licet in hoc tit. de rebus credi-
tis, nihil ponatur, ſed in ſeq. titu. ſpecialius. ¶ Querit gloſ. quare
non dixit de rebus debitis. Dic vt in glo. & bene, &c.

LEX I.

1 ☞ Iuramentum deciſorium litis, quando retractetur ratione per
iurij.
2 Iuramentum veritatis & purgationis retractatur ratione periu-
rij, & ex eo oritur actio. num. 4.

CAuſa iureiurando. Cauſa iura-
mento deciſa, nō retractatur pretextu periurij.
h. d. ¶ Oppo. de l. admonendi. ff. eod. & ĩ. de pe.
iud. qui male iudicauit. authen. nouo iure. Sol.
1 Quoddam † eſt iuramentum deciſorium litis, &
iſtud non retractatur pretextu periurij, niſi in
2 caſib. expreſſis in l. vt hic. ¶ Quoddam † eſt iuramētum veritatis,
vt illud, quod preſtat teſtis, & iſtud poteſt retractari pretextu per-
3 iurij, vt l. Lucius. ff. de his qui no. infa. Quoddam † eſt iuramētum
* purgationis, * & iſtud etiam poteſt retractari, in auth. nouo iure. ĩ.
de pe iud. qui male iudi. Sed contra predicta oppo. de d. l. admo-
nendi. ff. eo. Sol. ibi eſt ſacramentum neceſſarium, hic vero volun-
tarium, vel iudiciale, quod non retractatur. Fallit in caſu l. fi. ĩ. eod.
4 tit. Querit gl. vtrum ex iuramento oriatur actio. Dic, vt in gl. & te-
ne menti opinionem Io. vt ſemper ex iuramento oriatur actio.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Iuramentum purgationis. Adde aliū
ſingularem caſum quem ponit Felyn. in capi. ij. de reſcript.

LEX II.

a IVriſiurandi. Periurus non a lege ſed a
ſolo Deo punitur. [a] h. d. Di
uiditur, primo loquitur de eo, qui iurauit per Deū. Se-
cundo de eo, qui iurauit per principem. Secunda ibi, pe
riculum autem. ¶ Opp. ĩ. de ſum. trini. l. j. in fin. Solu. Ibi contem
nit fidem Chriſtianam alio modo quam deierando. ¶ Secundo
oppo. ff. eod. l. ſi duo patroni. in fin. Sol. vt gl. Tu tene tertiam ſol.
quod quando iuratur per principem, non punitur pena corpora-
li vt hic, ſed alia pena vt legib. contrarijs. ¶ Oppon. ĩ. de tranſ. l. ſi
quis maior. Sol. Hic loquitur in iuramento de preterito litis de-

ciſorio,ibi vero loquitur in iuramento de futuro, quod apponitur ſuper contractu,in quo deierans punitur.h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Punitur.Et hic vides Bal. ponentem octo penas diuerſimode per iura imponendas,ꝛ vide quod habetur.vj.q.j. quicunqꝫ.ꝛ gl.ord.in c.j.de fal.ꝛ quod not.gl.in c.querelam.de iureiur.

LEX III.

2 ☞ Per domeſticos,comparationem literarum,per fugam rei vel per vnum teſtem ſemiplene probatur.ꝛ num.3.
3 Iuramentum ſuppletorium,cui deferatur.
a IN bone fidei. [a]Iſta lex ſolennizabitur anno futuro in l. admonēdi,ff.eo.In defectū probationis iudex defert alteri partium iuramentum.hoc intendit. ¶Oppo.quod actore non probante reus abſoluitur,vt ſ.de eden.l.qui accuſare.Sol.Quandoque actor plene probat , ꝛ vincit,quandoqꝫ nihil probat,ꝛ ſuccumbit,in contrario quādoque probat ſemiplene, tunc recurritur ad hanc legē,vt cauſa decidatur iureiu. ¶Quero,in quibus cau-
1 ſis habet locum hec lex.Glo.videtur †velle quod in omnib. cauſis ciuilib.ꝛ criminalibus.Uide glo.ſuper ver.cauſis dum loquitur in actionib.deſcendentib.ex delicto,ciuiliter intētatis, ſine dubio iſta gl.diceret verum,in criminalib.forte non dicit verum,quod dic, vt tangit Gul.de Cug.l.iiij.§.j.ff.eod.ꝛ ibi dicam, vt dixi pleniſſime in
2 l.maritus.ff.de queſt.vbi gl.tangit.¶†Quero,quando quis dica-
b tur ſemiplene probare.Gloſ.ponit hic tres, vel quatuor modos.[b] Primo per ſcripturam ꝛ domeſticos, Secundo per comparatio-
c nem literarum. Tertio per fugam rei. Item per vnum teſtem[c] que
3 omnia no.¶Et not.ſpecialiter †illud quod dicit de fuga, quod fuga facit ſemiplenam probationem. Text. alibi videtur velle quod faciat plenam.l.conſiliarios.ſ.de aſſeſſor.idem quod hic glo.no.in d.l.admonendi.ff.eo.ꝛ ibi dicemus.De hac fuga plene dixi in l.lege Corn.in princ.ff.ad Sylla.¶Queritur hic cui debet iuramentum
4 deferri.†Hic text.non aperit, ſed dicit cauſa cognita.In cauſe autem cognitione vertitur vt deferatur ei qui melius ſcit veritatem, ꝛ ſi vterque equaliter ſcit, deferatur ei,qui eſt dignior. Si vterque eſt equaliter dignus in hoc ſunt opi.Quidam dicunt deferendum potius actori quam reo,quidam econtra,vt potius reo quā actori.ꝛ iſtud vltimum conſueuerunt tenere gl.noſtre, licet Ultramon. teneant contra,ꝛc.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶In bone fidei. Adde ſingu.quod in pactis extraneis, que non preſumuntur, non defertur iuramentum.ca.j.§.fina.que ſit inueſti. Item non defertur iuramentum quando actor bene probat,ꝛ reus ſemiplene,non defertur reo ad reprobationem actoris.Ita ſin.dicit Tan.in ſuo comp.in vj.rubr.in j.alleg. Inſti.de inut.ſtip.§.item verbor.ꝛ vide ſing.Bal.in l.qui accuſare. de eden.vbi qui reprobatur a teſtimonio, reprobatur a iuramēto.
b ALEX. ¶Quatuor modos. Et adde quod ad hoc vt deferatur iuramentum in defectum ſemiplene probationis, eſt neceſſe quod pars que petit deferri iuramentum, dicat veriſimilia, vt dixit eleganter Bald.in l.j.ſ.qui aduerſus quos.
c POMA. ¶Item per vnum.Limita multis modis.vbi etiam late de materia,ꝛ per Iaſ.in l.admonendi,in lec.in glo.verbo, exacto.in verſi.in eadem glo.ibi ꝛ vel per vnum teſtem.ff.de iurein.

LEX IIII.

SI ad excludendam. Pupillus non poteſt iuſiurandum deferre.hoc dicit.

LEX V.

CUm etiam a pupillorum. Relictum a tutore,videtur relictum a pupillo,ꝛ in cauſa pupilli poteſt iuſiurandum deferri tutori.hoc dicit.

LEX VI.

CUm proponas. Super cauſa ſtatus poteſt iuſiurandum deferri.

LEX VII.

NEc filius. Iuramentum, vel delatio vnius, alteri non debet obeſſe.hoc dicit.

LEX VIII.

1 ☞ Actio in factum oritur ex iuramento,quando informiter iuratur,ꝛ formiter vtilis ex contractu.
1 ACtori. †Ex iuramento preſtito vel remiſſo ori-
a tur actio[a] in factum,ſicut ex ſentētia.hoc dicit. ¶Oppo. quod oritur alia actio quam in factum, vt ff.eo.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.Sol.hic loquitur quādo iurauit informiter, ibi quando iurauit formiter, ſuper aliquo
2 contractu,vnde oritur actio vtilis ex eo contractu. ¶†Queritur, vtrum actio, que oritur ex ſententia vocetur actio in factum, vel actio iudicati Glo.dicunt quod vocatur actio in factum,per hanc legem doct. vltramon. dicunt quod vocatur actio iudicati, vt hic tractatur per dom.Cyn.Ego plene dixi in l.miles.§. iudica.ff.de re iud.vbi gloſſ.tangit,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Oritur actio.Utrum autem ex iuramento taxationis expenſarum,vel in litem oriatur actio,vide Bald. in authen.nouo iure.C.de iud.ꝛ Bart.in l.in actionib.in fin.de in lit.iuran.ꝛ ad hoc vide plene no.in l.j.ſ.eod.per Bar.in l.nam poſtea.§.ſi.ꝛ in l.ſed ꝛ poſſeſſori.§.ſi quis.ff.de iureiur. Ex ſententia tamen formiter lata datur actio ex contractu ſecundum Bar.ſin.in l. Iulianus verum debitorem.ff.de condi.inde.

LEX IX.

a DElata. [a]Reus cui defertur iuramentū, debet iurare,referre,vel ſoluere. hoc dicit. Uides ergo ex hac l.practicā, quod iudex recte precipit parti quod non recedat a bancho quin iuret, ſoluat, vel referat,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Delata. De huius legis intellectu vide Bar. in l.iuſiurandum.§.pretor ait.ff.eod.titu.

LEX X.

IN actione. Super actione depoſiti poteſt iuſiurandum deferri.hoc dicit,ꝛc.

LEX XI.

SI quis. Iſta eſt bona lex.[a] Delatio iuramenti antequam preſtetur poteſt reuocari donec iuretur,preſtetur,vel ſentētietur.h d. ¶Oppo. hic innuit ꝙ preſtatur iuramētum poſt diffinitiuam ſententiam.Contra.j.l.proxi. Solue vt ibi dicam,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Bona lex.hanc legem no.ꝛ Bart.alle.in l.fin.de preto. ſtipu.ꝛ no.etiam in l.poſt legatum.de his quib.vt indi. quod poſitio nō poteſt niſi ſemel reuocari,adde que dixi in l.reb.rerum amo. ꝛ vide omnino Bald. per iſtum text. not. alle.in authen.habita.in verſic.iiij.in fin.ſ. ne filius. pro pat. quod nouatio non permittitur niſi ſemel,ꝛ pro hoc quod no. Moder.in l.ſi ex toto.§.j.de leg. j.Et allegatur quedam gl.huius l.quod diffinitiua ſententia dicitur etiam illa que diffinit articulum cauſe ꝛ ita alleg.Pau.de Caſt. in cōſi.clxv.quod incipit.in Chriſti nomine amen in facto iſto poſt longam diſceptationem not.ꝛ vide Bart. in l.ſi poſt exceptionem. §.hec autem actio.ff.quod metus cauſa.

LEX XII.

1 ☞ Ante ſententiam, vel in ipſa ſententia,eſt iurandum vel modicum poſt.nu.4.
2 Iuramentum defuncti,eſt aliud a iuramento heredis.
3 Heres non eſt periurus,ſi non impleuerit iuramentum defuncti.

GEneraliter. Primo loquitur quādo defertur iurare. Secundo loquitur de effectu iuramenti,partibus preſentib. Tertio loquitur de effectu iuramenti partib. abſentib. Quarto confirmat iura antiqua. Secunda ibi, ſed iuramento. Tertia ibi, his preſentibus.Quarta ibi,in omnib.autem,ꝛ hoc ſit pro ſummario.
1 ¶†Not.quod ante ſententiam, vel in ipſa ſententia eſt iurandum
2 ¶†Not.quod aliud[a] eſt iuramentum defuncti,[b] aliud eſt iuramen-
a tum heredum ꝛ ſic iuramentum eſt mere perſonale.Si †ergo defun-
b ctus iurauerit aliquid facere vel dare,ꝛ non facit, nec dat ipſe,
3 heres eius,non eſt periurus heres propter iuramentum defuncti.
c ¶Opp.ꝛ videtur quod poſt ſententiam iuretur,[c] vt ſ.l.proxi. de ſen.cum iudex.Solu.Dicunt quidam quod illa iura corriguntur.Hoc videtur contra hanc legem in ſi.que confirmat iura anti-
4 qua.Solu.† Ego dico,quod debet iurari in ipſa ſententia,vel modicum ante,vel modicum poſt,vt hic.Et licet a ſententia appelletur,nihilominus ſtatim iurabitur, non obſtante appellatione, hic eſt caſus hic,ꝛc.

ADDITIONES.

a POMA. ¶No.quod aliud. Si defunct⁹ ergo debebat iurare,non poterat heres iurare,nec declarare id ꝙ defunctus habebat declarare,vt per Alex.conſi.liiij.vol.j.in j.dub.
b ALEX. ¶Iuramentum defuncti. Iuramentum eſt perſonale,vide in auth.quod obtinet.de prob.ꝛ Bar.in l.cum quis.§.codicillo. leg.iij. Adde gl.in l.pen.§.ſi.ff.ne quis eum qui dicit, ꝙ facultas iurandi in litem tranſit ad heredem. De quo omnino ibi per doct.
c ALEX. ¶Iuretur. Uide Bart.in l.admonendi.in fin.ꝛ in dicta l. cum iudex.
1 ☞ Deferens iuramentum,ſiue iuretur,ſiue non,non appellat.
2 Ille,cui iuramētum defertur,poteſt illud ex cauſa recuſare,ꝛ nu.
3 Recuſans iuramentum ſine cauſa poteſt a iudice pro conuicto haberi.

Recuſan

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Recuſans iuramentum, licet cauſas non allegauerit, poteſt tamē illas in cauſa appellationis allegare.
6 Qui non vult iurare non cogitur cauſam dicere.
8 Qui vicit in prima cauſa, ſi perdat in cauſa appellationis, ex nouis probationibus, non condemnatur in expenſis, alias ſecus.

§. **Sed iuramento.** Si cā deciditur ſacramento delato, preſtito, vel recu
a ſato, non eſt locus appellationi, [a] ſed qñ poteſt ꝓuocari procedit
eo ordine, qui hac lege inſerit. h. d. ⁊ eſt notabilis iſte caſus, ⁊ aliĳ in
1 hac lege poſiti, qui nō ſunt alibi. ¶ No. primo † ꝙ ille, qui defert iu
b ramentū ſiue iuret, ſiue referat, non pōt appellare. [b] ¶ No. ſecundo
2 ꝙ ille, cui defertur, cogitur iurare, vel referre, vel † ſi vult pōt recuſa
re ex cauſa. Ita debet intelligi iſte tex. ⁊ ſic nō corrigitur l. manife
3 ſte, ff. eo. ¶ † No. tertio, ꝙ quando quis recuſat iuramentū abſq; le
gitima cā, iudex pōt habere eum pro conuicto, quaſi ipſe alteri
parti retulerit iuramentum, ⁊ ei remiſerit, ⁊ hoc habet locum ſiue
ſit iuramentum deciſiuum totius, ſiue ſit iuramentū deciſiuum alicuius partis, vt puta ſup aliquali poſitione, vide tex. qui dicit ibi,
4 ⁊ ita cetera ſentētie capitula. ¶ No. ex hac lege ꝙ † ille, qui recuſat
iurare, licet cauſas quare noluerit iurare non allegauerit corā pri
mo iudice, tamē eas poterit allegare coram iudice appellationis,
ſecundum quod gl. intellexit, vide tex. in ver. ipſe autem, ⁊ vide gl.
ſuper verbo atteſtetur, ⁊ glo. ſuper verbo, auxilium. ¶ Op. ff. eo. l.
c manifeſte. [c] Dicunt quidam, quod illa lex hodie corrigitur, q2 indi
ſtincte hodie poteſt iuramentum recuſari ſine cauſa. Aliĳ dicunt
5 contra, † ⁊ veritas eſt, q2 ſine cauſa non poteſt recuſari, vt hic dicit
tex. Hoc etiam apparet, q2 ſi ſine cauſa recuſat, poteſt haberi pro
6 conuicto. † In hoc tamen eſt aduertendum q2 non cogitur cau
ſam dicere, quando non vult iurare. ¶ Quero de quo iuramento
loquitur lex iſta. Reſpon. quedam gloſſella dicit quod refertur ad
7 iuramentum neceſſarium tantum. Hoc eſt falſum, † q2 tex. in verſ.
ſinautem, ⁊c. expreſſe loquitur de iuramento voluntario, vel iudi
d ciali. ¶ Quero, quid vult dicere tex. ibi, [d] neq; periuriĳ neq; iuſti di
ſpendiĳ. Gl. dicit multum notabiliter, quod neuter neutri condem
8 natur in expenſis. Uide gl. ſuper ver. diſpendiĳ quam not. † Ex hac
glo. dicunt quidam quod ille, qui vicit in prima cauſa, ſi in cā ap
e pellationis ſuccumbit, nunquam damnatur in expenſis. [e] quod de
bet intelligere verum, quando in cauſa appellationis ſuccumbit
ex nouis probationibus, ita loquitur hic, ſecus ſi ex primis actis
ſuccumbit, vel apparet prima ſententia manifeſte iniqua. Ita not. Io. and. in d. c. iuris ignorantia. de reg. iur. lib. vj. per Inn. extra de dolo, ⁊ contu. c. finem. Dixi tibi, vt videtur mihi. ſ. de iud. l. proporandum. §. ſinautem aliter, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Locus appellationi. Uide Bar. in l. in actionib. in fi. q. de in lit. iuran.
b ALEX. ¶ Appellare. Ex iſto tex. dicas qd ſi cauſa committitur ex partium conſenſu, conſilio ſapientis, ⁊ ſententia fuerit lata vigore conſiliĳ quod pars non poterit appellare. Sed contrariū tenet Bal. in l. j. §. j. an fi. ⁊ in l. ex conſenſu de app. Et dicebat Bal. ꝙ hic erat tex. melior de iure. Uide omnino Bart. in l. ſi conuenerit. de re iudicata.
c ALEX. ¶ Manifeſte. Per cano. extra eod. c. ſi.
d ALEX. ¶ Tex. ibi. Et hic no. tex. ſecundum Bald. qd iudex non poteſt cogere quem iurare. ſed dicitur habere ipſum pro cōuicto. Ibidem adde Bar. in d. §. ſi autem alteruter. Adde pulchrum dictum Bar. in l. ſi pignore. j. de pigno. actio.
e ALEX. ¶ In expenſis. Quid autem ſi fuerit in interlocutoria ſententia condemnatus in expenſis, ⁊ in diffinitiua obtinuit, vide no. Bar. l. ſi pignore. in fi. ff. de pig. act. ⁊ vide no. Bal. in auth. generaliter. C. de epiſ. ⁊ cle. de eo qui habet iuſtam cauſam litigandi in vno articulo ⁊ obtinet in alio, ideo dicit Bal. in §. proxi. ꝙ ſi quis dicit in vno c. in expenſis, ſtatim debeat refici non expectata diffinitiua. adde gloſſ. hic, vide Bal. in l. j. j. de ſen. que ſine certa quantitate.

a §. **His de preſentibus.** [a] Iſte eſt notabil. §. ⁊ ponit valde pulcher
1 rimam practicam. ¶ No. primo † qd iudex poteſt procuratori ſta
tuere terminum ad faciendum comparere principalem qd veniat
2 ad iurandum, vel reſpondendum poſitionib. ¶ Not. ſecundo † qd
quando iuramentū committitur in abſentia, hoc oportet fieri ſub
b fide geſtorum [b]. hoc eſt, qd iudex, corā quo cauſa agitur, ſcribat iu
dici illius loci, vbi pars degit, vt ſi coram eo iuretur, remittantur
c acta [c] ad iudicem cauſe principalis. ¶ No. tertio † qd quando iura
3 mentum committitur in abſentia, debet ſtatui terminus parti, vt
ad illum locum compareat ad videndum iurare partē, vel teſtes,
4 ⁊c. ¶ No. quarto † cuiꝰ expēſis [d] hoc debeat fieri, hoc eſt in arbitrio
d iudicis. ¶ No. † quinto qd pendēte dilatione ſuper vno c. non im
5 peditur [e] iudicis officium ſuper aliĳs capitulis, non preiudicialib.
e quod perpetuo tene menti, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ His de preſentib. Et per hunc text. dicit hic Bal. probari quod iuramentum veritatis delatum domino, non poteſt per procuratorem preſtari de iure ciuili. etiam ſi haberet ſpeciale mandatum De quo omnino vide que ſcripſi in l. qui bona. §. ſi alieno, ff. de dam. infec. ⁊ vide Sali. hic, quid ſi dominus eſſet in loco adeo longe, quod ad eum mitti non poterit.
b ALEX. ¶ Fide geſtorum. Uide Bar. in l. ad egregias. ff. eo. text. cum gl. c. conſtitutus, de fideiuſ. ⁊ ibi gl. quod in cauſa criminali teſtes debent remitti ad iudicem cauſe, ⁊ gl. in c. teſtes. in q. ix. Contrarium ſenſit gl. in c. Romana. §. contrahentes poſt Io. Mo. de for. comp. lib. vj. per Domi. Abb. in c. cum cauſam. de teſti. ⁊ quod no. in l. ſi quando. C. de teſti.
c ALEX. ¶ Remittant acta. Uide Bar. ī l. ſi poſtulauerit. ff. de adul.
d ALEX. ¶ Cuius expenſis. In hoc cuius expenſis debeant fieri, vide que dixi poſt Bar. in l. ad egregias. de iureiur. ⁊ Bal. ⁊ Salic. ibi etiam querit, quid de reſpondente poſitionibus, qui eſt dominus, ⁊ de materia vide que dixi poſt Bar. in l. quoniam. ⁊ in l. ſi quādo. j. de teſta. ⁊ Ro. in l. accuſare. §. ſi. ff. ad Treb. ⁊ vide omnino gl. ⁊ ibi Bar. in l. ĳ. §. defendi. ff. quib. ex cauſ. in poſ. ea. ⁊ Io. An. in rubr. extra de iur. calum.
e ALEX. ¶ Non impeditur. Et no. Bar. in l. ſi. ff. de ferĳs. ⁊ in l. ĳ. de re iud. ⁊ in l. ſiue pars. C. de dil. ⁊ quod no. Bart. in l. iĳ. de app. reci.

LEX XIII.

2 ☞ Scholaris quod non ſit in matricula, probatur ex diſpoſitione matricule.
3 Quē nō ſoluiſſe collectā, probat, ſi in libro ſoluentiū non reperitur.

CUm quis. Iuramentū retractatur pretextu teſtamēti de nouo reperti. h. d. vide tex. ibi circa prin. ibi poſtea autem manifeſtū nihil ei, ⁊c. Que
a ro, quomodo [a] poteſt iſta negatiua probari, nihil fuiſſe ei relictum.
Gl. dicit per ſcripturam teſtamenti, nō per teſtes, Aliĳ dicunt etiā
b per teſtes [b], ⁊ iſtud puto verum. ¶ No. ergo † primo, quod per ſcri
1 pturam probaretur negatiua [c] hoc modo inſpecto teſtamento non
c reperitur ibi Titio legatum, ergo non eſt legatum. Facit, † ad pro
3 bandum quod ſcholaris non ſit in matricula, probatur per inſpe
2 ctionem † matricule, facit etiam ad probandum, quod aliquis non ſoluit collectam, quia inſpecto libro ſoluentium collectam, non reperitur ibi. ⁊ valet ad multa. Simile poteſt probari per teſtes, qui dicunt ſe interfuiſſe teſtamento, ⁊ tunc non fuiſſe relictum.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Quero quomodo. vide Soci. conſi. clix.
b ALEX. ¶ Per teſtes. ⁊ ex hoc concludit Pau. de Ca. in conſi. ꝙ inc. in Chriſti nomine amen. pro euidentia eius quod queritur, ⁊c. ꝙ acta poſſunt per teſtes probari, etiā ſi nulla ſcriptura reperiat.
c ALEX. ¶ Probaretur negatiua. De modo probandi negatiuā, adde ꝙ no. gl. ⁊ Bar. ſ. de erro. aduo. l. errores. ⁊ qd no. gl. in l. eos. de offi. magiſt. tex. ⁊ ibi Bar. in l. cum quis. C. de vſuf. hic no. ⁊ adde Bar. in l. Titie textores. de le. j. ⁊ Bal. in l. iuſtum. C. de eden. ⁊ tex. ⁊ Bar. in l. cū teſt. j. de teſt. manu. ⁊ Bal. in l. hi qui ad ciuilia. de app.

Si certum petatur. Rubrica II.

LEX I.

NEque equam. Heredes tenentur ad debita pro portionibꝰ, hereditariĳs, nullo reſpectu habito ad prelegata. h. d. iſta lex, ⁊c.

LEX II.

QUamuis. Ex mutuo rei aliene, naſcitur nobis actio, ſi fuerimus ſtipulati, que poterit cedi domino. h. d. ¶ Op. de l. ĳ. §. appellata. ff. eo. So. Hic mutuum fuit reconciliatum ſtipulatione. Querit gl. an iſta ſtipulatio impediat actionem oriri ex numeratione. Gl. plene examinat in l. certi condictio. §. quoniam. ff. eo. Cy. refert hic. Tetigi in l. ſi ita fuero ſtipulatus. ⁊ in l. eum enim. ff. de nouat. ¶ Quero, quid ſi pecuniam alienam, quam dedi mutuo, ⁊ ſum ſtipulatus, dominus repetat. Item quid ſi dominus non repetat, nec ego ſui ſtipulatus, ⁊ ille non vult conſumere? Iſtas queſtiones format hic glo. ⁊ de verbo ad verbum eas ponit in l. nam ⁊ ſi fur. ff. eo. Dic, vt in gl. ⁊ ibi plene examinabimus.

LEX III.

EOs qui. Ubi quis exercet officiū nō poteſt exercere fenus, hoc dicit Uidebitis in l. principalibus. ff. eod. ⁊c.